

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 95. Joannes Hussus iterum a Papa citatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

Sacrat. XV. minime controversum foret, abire non  
A.C. 1414. detrectaret, si Concilium ejusmodi ces-  
 sionem pro reddenda Ecclesiæ pace ne-  
 cessarium duceret. Cum ergo Impera-  
 torem carissimum ipsius Cognatum pias  
 sovere intentiones, iisdemque secum con-  
 siliis moveri, regia sua Majestas cogno-  
 sceret, ideo à se subditis suis nullatenus  
 inhibitum iri, quominus quicunque de-  
 sum vellent, ad Constantiensem Syno-  
 dum libere profici sci possent.

## §. XCV.

*Joannes Hussus iterato a Papa  
 citatus.*

*Coh. Hist.  
 Hussit. l. I.*  
 Interea Conradus, qui sub Albico Pra-  
 gensem Archiepiscopatum administra-  
 bat, ad sedandos patriæ suæ tumultus  
 strenuam navat operam. Pluries Joannem  
 Hussum ad se vocat, illum adhortatus, ne  
 prout hactenus fecisset, perversa sua  
 dogmata in vulgus spargeret. Cum au-  
 tem iste Hæreticus, se duntaxat indul-  
 gentias haud ultra impugnaturum spon-  
 deret, perinde acsi tota errorum suorum  
 summa ad hunc solum restringeretur  
 articulum, Pontifex intelligens, quanta  
 pertinacia, quamve virulentis sermonibus  
 Hussus S. Sedis atque Episcoporum au-  
 toritatem publice lacefferet, altera vice  
 eundem Romam venire jubet. Qui ni-  
 mia

mia sui ipsius existimatione inflatus, sua-  
rumque opinionum obstinax idololatra ob-  
rationes jam antea allegatas, quominus  
compareret, sibi ignosci petiit, atque a-  
trocious adhuc contra summum Pontifi-  
cem in suis concionibus declamavit. Hunc  
nil nisi simplicem, nec se superiorem  
esse Sacerdotem, omnique jure ipsum ci-  
tandi destitutum calumniatus est. Imo  
ob novam hanc citationem insanius fu-  
rens ruptis omnibus modestiae habenis,  
Wiclefi librorum lectionem commendat,  
cultum vero imaginum abolendum, con-  
fessionem peccatorum, necnon mortuo-  
rum in cæmeteriis sepulturam res esse  
inanis, ac denique horarum Canonica-  
rum recitationem, atque abstinentiam a  
carnibus esse meras hominum traditiones,  
in Verbo Dei minime fundatas, publice  
e suggestu propugnat.

Sæcul. XV.  
A.C. 1414.

### §. CXVI.

#### *Ioannis Husi sermones, ac mores nefarii.*

**S**ub idem tempus in quodam sermone *Æn. Sylv.*  
ad populum demonstrare conniteba-*hist. Bohem.*  
tur, Ecclesiasticorum vitia ac peccata co-*cap. 25.*  
ram omnibus e suggestu redarguenda;  
aliasque adhuc movit quæstiones, quarum  
una erat de sanguine Christi Domini,  
cujus pretiosas reliquias plurimi penes se  
sup

A a 5      habe-